Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Homel. et dei facie. Chrys. In tantum est pernitiosa interrogationis malitia quod et secundum legem hac disputabant. Ipsi enim certum in nullo casu interrogant. Sed hoc opinantes quod obliviscerentur eorum quae operabantur.

Sr mathm. Chrys. Sicut enim si videas hominem festinantem amicitias medicorum colligere intelligis quod infirmus est, sic et cum videas virum cum muliere de dimittendis uxoribus aut viris interrogantes, agnosce quod vir ille lascivus est et mulier illa meretrix est. Casta enim in matrimonio castitatis delectatur; libido autem cum vinculo coniugii colligata torquetur. Sciebant enim quia nullam causam proponere habebant de dimittendas uxores praeter solam turpitudinem, et alias atque alias concupiscebant. Timuerunt autem interrogare ex quibus causis, ne se ipsos intra angustias certae causae astringerent. Sed interrogaverunt si ex omnibus causis liceret. Scientes quia modum nescit, non intra terminos unius coniugii contineri, postquam capit libido: sed quanto magis exercetur magis accenditur. Orig. Temptatio autem domini nullus discipulorum est qui ponitur est ad docendum constitutus fetur si temptatur fuerit a quibusdam; cum autem temptationibus tendit dogmata pietatis. Ieron. Sic autem responsionem temperat ut disciplinam tenuisse scripturae testimonium adducens et secundam resultivam naturalem legem primamque dei sententiam secundae opponens. Unde sequitur: Qui respondens ait eis: Non legistis quia qui fecit ab initio masculum et feminam fecit eos. Hoc in exordio genesis scriptum est. Dicendo autem masculum et feminam ostendit secunda vitanda coniugia. Non enim ait masculum et feminam quod ex priorum repudio quaerebatur, sed masculum et feminam ut unius coniugii consortia necterentur. Raban. Salubri enim consilio dei factum est ut portionem sui corporis vir amplecteretur in femina, nec a se putaret esse divisum quod de se cognosceret fabricatum.

Sr. gñ. Chrys. Si igitur ad hoc deus masculum et feminam ex uno creavit ut sint unum, quare igitur ex deinceps vir et mulier non ex uno utero nascuntur sicut volatilia quaedam? Quia deus masculum quidem et feminam creavit propter necessitatem filiorum generandorum, tamen semper fuit castitatis amator et continentiae auctor. Ideo illum typum primum non servavit in omnibus, ut si quidem vult homo nubere secundum primam dispositionem creationis humanae, intelligat quod erit vir et uxor. Si autem non vult nubere, non habet necessitatem nubendi propter coniunctionem nativitatis, ne forte videatur per suam continentiam alterum perdere qui nolebat esse continens. Sic dominus per consilium matrimonium voluit ne alter altero nolente se separet.

Homel. Chrys. Non solum autem ex modo creationis sed etiam ex legis latoris monstravit quia unum oportet unicum coniugium et numquam rescindi. Unde sequitur: Et dixit: Propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae. Ieron. Similiter ait uxori non uxoribus et expresse subdidit: Et erunt duo in carne una. Praemium enim est nuptiarum ex duobus unam carnem fieri. Glo. Vel in carne una, id est in carnali copula.

Sr mathm. Chrys. Si igitur quod ex uno est uxor et ex una carne sunt ambo, relinquet homo patrem suum et matrem. Maior autem caritas debet esse inter virum et uxorem quam inter fratres et sorores, quod hi quidem ex eisdem parentibus exeunt, illi autem ex diversis. Sed hoc magnum est nimis quod fortior est dei constitutio quam virtus naturae. Non enim praecepta dei naturae subiecta sunt, sed natura dei praeceptis obtemperat. Deinde fratres ex uno nascuntur ut diversitas vias perficiant; vir autem et uxor ex diversis nascuntur ut in unum conveniant. Ordo autem naturae deo ordinante loquitur. Quod enim est in arboribus humor, hoc est in hominibus amor. Humor autem de radicibus ascendit in herbam et deinde transmittitur in semen. Ideo parentes quidem diligunt filios, sed non sic diliguntur a filiis. Homo enim non ad parentes sed ad procreandos filios transmittitur affectum. Et